

M. VAL. MARTIALIS

EPIGRAMMATA

RECOGNOVIT

BREVIQUE ADNOTATIONE CRITICA INSTRUXIT

W. M. LINDSAY

IN UNIVERSITATE ANDREANA LITTERARUM HUMANIORUM PROFESSOR

EDITIO ALTERA

OXONII

E TYPOGRAPHICO CLARENDONIANO

SIGLA

- A* = Vossianus Leidensis primus (Q 56), saec. xi
A[^] = archetypum codicum *HTR*
B = Vossianus Leidensis secundus (Q 121), saec. xii
B[^] = archetypum codicum *LPQJW*
C = Vossianus Leidensis tertius (F 89), saec. xiv
C[^] = archetypum codicum *EXAV Epored. BGC*
cod. = codex archetypus qui solus est in hac parte testis
codd. = codices archetypi qui soli sunt in hac parte testes
D = Diezianum florilegium Berolinense (60), saec. xiv
E = Edinburgensis bibliothecae Facultatis Advocatorum,
 saec. x in.
Epored. = Eporediense fragmentum, saec. xi. Continet XIII
 i-cx
F = Florentinus membranaceus bibliothecae Laurentianae
 (xxxv 38), saec. xv
J = Florentinus chartaceus bibliothecae Laurentianae
 (xxxv 39), saec. xv
Fris. = Frisingensis excerpta bibliothecae Monacensis,
 (6292) saec. xi
G = Gudianus Wollenduttelensis (157), saec. xii
H = Hauptii florilegium Vindobonense (277), saec. ix in.
 Continet Spect. xix-xxx, I iii-iv
Ital. = Italorum doctorum coniecturas codices et libri im-
 pressi qui exhibent
L = Lucensis bibliothecae regiae Berolinensis (fol. 612),
 saec. xii
M = marginalia Bongarsiana in libro impresso biblio-
 thecae publicae Bernensis (G 152)
N = Nostradamensis excerpta Parisina (188), saec. xiii
P = Palatinus Vaticanus (1696), saec. xv

SIGLA

- Q** = Arundellianus Musei Britannici (136), saec. xv
R = Vossianum florilegium Leidense (Q 86), saec. ix
T = Thuanum florilegium Parisinum (8071), saec. ix-x
V = Vaticanus (3394), saec. x
W = Wittianum fragmentum Perusiae repertum, saec.
xiii. Continet X xxxvii-xxxviii
X = Peteanus Parisinus (8067), saec. x

LXIV

Iuli iugera pauca Martialis
 hortis Hesperidum beatiora
 longo Ianiculi iugo recumbunt:
 lati collibus eminent recessus
 et planus modico tumore vertex
 caelo perfruitur sereniore 5
 et curvas nebula tegente valles
 solus luce nitet peculiari:
 puris leniter admoventur astris
 celsae culmina delicata villae. 10
 Hinc septem dominos videre montis
 et totam licet aestimare Romam,
 Albanos quoque Tusculosque colles
 et quodcumque iacet sub urbe frigus,
 Fidenas veteres brevesque Rubras, 15
 et quod virgineo cruore gaudet
 Annae pomiferum nemus Perennae.
 Illinc Flaminiae Salariaeque
 gestator patet essedo tacente,
 ne blando rota sit molesta somno, 20
 quem nec rumpere nauticum celeuma
 nec clamor valet helciariorum,
 cum sit tam prope Mulvius sacrumque
 lapsae per Tiberim volent carinae.
 Hoc rus, seu potius domus vocanda est, 25
 commendat dominus: tuam putabis,
 tam non invida tamque liberalis,
 tam comi patet hospitalitate:
 credas Alcinoi pios Penates

LXIV : Tulli CA (sed a 36 Iuli) o hesperidum BA 4 eminent
 BA : eminent CA (a 36 Iuli) o hesperidum BA 4 eminent
 (T. A. L.) BA : eminent CA (a 36 Iuli) o hesperidum BA 4 eminent
 nequiora BA : eminent CA (a 36 Iuli) o hesperidum BA 4 eminent
 BA : eminent CA (a 36 Iuli) o hesperidum BA 4 eminent

M. VAL. MARTIALIS

aut facti modo divitis Molorchi.

Vos nunc omnia parva qui putatis,
centeno gelidum ligone Tibur

vel Praeneste domate pendulamque
uni dedite Setiam colono,

dum me iudice praeferantur istis

Iuli iugera pauca Martialis.

30

38

LXV

Oculo Philaenis semper altero plorat.

quo fiat istud quaeritis modo? lusca est.

LXVI

Egisti vitam semper, Line, municipalem,
qua nihil omnino vilius esse potest.

Idibus et raris togula est excussa Kalendis

duxit et aestates synthesis una decem.

saltus aprum, campus leporem tibi misit inemptum,

silva gravis turdos exagitata dedit.

captus flumineo venit de gurgite piscis,

vina ruber fudit non peregrina cadus.

nec tener Argolica missus de gente minister,

sed stetit inculti rustica turba foci.

vilica vel duri compressa est nupta coloni,

incaluit quotiens saucia vena mero.

nec nocuit tectis ignis nec Sirius agris,

nec mersa est pelago nec fuit ulla ratis.

subposita est blando numquam tibi tessera talo,

alea sed parcae sola fuere nuces.

5

10

15

30 factam CA
ut vid.: centeno CA
Set. *cf.* a. 1473; deditis ediam BA: dedite sed tamen CA
2 quod CA
AABA: dulcius CA
tibi sumpta CA
raptus BACA
CA
BA (*cf.* v. 10)
illa CA

31 qui *Ital.*: quae (que) *codd.*
33 pendulam BA (*pro -mve?*)
LXVI *vv.* 1-2, 5-12, 15-18 *hab.* T
3 togulae si CA (*1 pro T*)
5 ineptum AABA (*cum E*)
8 ruber AACA: rubens BA
9 iussus AA: missus BACA
13 serius BA
15 tessera L, *fort. recte*

32 contento BA
34 d.
LXV
2 uilius
excussa BA:
7 captus AA:
fundit T
12 uena AACA: turba
14 fluit BA: fuit CA
talu CA
ulla BA:

at ille sima nare, turgidis labris
 ipsa est imago Pannychi palaestritae.
 pistoris esse tertium quis ignorat,
 quicumque lippum novit et videt Damam?
 quartus cinaeda fronte, candido voltu
 ex concubino natus est tibi Lygdo:
 percide, si vis, filium: nefas non est.
 hunc vero acuto capite et auribus longis,
 quae sic moventur ut solent asellorum,
 quis morionis filium negat Cyrtae?
 duae sorores, illa nigra et haec rufa,
 Croti choraulae vilicique sunt Carpi.
 Iam Niobidarum grex tibi foret plenus
 si spado Coresus Dindymusque non esset.

10

15

20

XL

Femina praeferrī potuit tibi nulla, Lycori:
 praeferrī Glycerae femina nulla potest.
 haec erit hoc quod tu: tu non potes esse quod haec est.
 tempora quid faciunt! hanc volo, te volui.

XLI

Qui recitat lana fauces et colla revinctus,
 hic se posse loqui, posse tacere negat.

XLII

Etrusci nisi thermulis lavarīs,
 inlotus morieris, Oppiane.
 nullae sic tibi blandientur undae,
 non fontes Aponi rudes puellis,
 non mollis Sinuessa fervidique
 fluctus Passeris aut superbus Anxur,

5

17 neget *Ital.* girte (gyrte) *BA*: cirtae (cyrtae) *CA*
 Chroti *BA* uilique *CA* 20 iamni ubida pruit g. *CA*: iamque
 hybridarum g. *Ital.* at choraeus *BA*: choraeus *CA* XL
 hab. *TR* 1 lycoris (lic-) *BA* 3 tu *semel BA* (cum *R*) est
 om. *CA* XLI 2 facere *BA* XLII 4 non *BA*: nec *CA*
 6 assaris *BA*

M. VAL. MARTIALIS

non Phoebi vada principesque Baiae.
 nusquam tam nitidum vacat serenum :
 lux ipsa est ibi longior, diesque
 nullo tardius a loco recedit.

10

illic Taygeti virent metalla
 et certant vario decore saxa,
 quae Phryx et Libys altius cecidit.
 siccus pinguis onyx anhelat aestus
 et flamma tenui calent ophitae :

15

ritus si placeant tibi Laconum,
 contentus potes arido vapore
 cruda Virgine Marciave mergi ;
 quae tam candida, tam serena lucet
 ut nullas ibi suspiceris undas

20

et credas vacuum nitere lygdon.
 Non adtendis et aure me supina
 iam dudum quasi neglegenter audis.
 inlotus morieris, Oppiane.

XLIII

Dum tibi felices indulgent, Castrice, Baiae
 canaque sulphureis nymppha natatur aquis,
 me Nomentani confirmant otia ruris

et casa iugeribus non onerosa suis.

hoc mihi Baiani soles mollisque Lucrinus,

5

hoc vestrae mihi sunt, Castrice, divitiae.

Quondam laudatas quocumque libebat ad undas

currere nec longas pertimuisse vias,

nunc urbis vicina iuvant facilesque recessus,

et satis est pigro si licet esse mihi.

10

XLII 7 principique CA 8 micat BA : uacat CA 11 uigent L ante
 corr. 14 post v. 10 transp. CA (propter homoeotel.) 17 contetus ut
 vid CA (unde contentus EA, contactus XB, conteptus C) 18 ue BA :
 que CA XLIII hab. T 1 se ind. Munro 2 unda AA : nymppha
 BACA : limpha N 4 onerosa AACA : honera (on-) BA (honerata L ex
 corr. Q) 5 mol(l)esque CA (pro mollisque) 6 h.m.s. u. AA :
 h. uestrae (uestae CA) mihi sunt BACA 7 quodam BA 8 ne
 ut vid. BA 9 urbis AABA : urbi CA regressus L ante corr. 10 si]
 et T (qui versus initio e pro et exhibet)